

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Articuli, de quibus egerunt visitatores in regione  
Saxoniae**

**Melanchthon, Philipp**

**[Wittenberg], 1527**

De timore dei

[urn:nbn:de:bsz:31-93298](#)

bus. Et sicut Deus non exigit à nobis cérémonias Mosaicas, ita nec θολιτικὰ Mo saica seu iudicialia, ut uocat. Honore aſſicere Magistratus, est non tantum obe dire, sed summus gradus honoris est, pro eis orare, & deo gratias agere, quod per eos qualicunque pace fruimur, nec omnia latrocinijs & cædibus infesta ſi ant. Inestimabile beneficium est, qualem cunctis ordinationem ciuilem conseruare iudicando, puniendo fontes, prohibendo cædes, furtū & similia. Huius beneficij magnitudinem diligenter inculcent populo concionatores.

#### DE TIMORE DEI.

Supra dixi, fidem non existere sine timore dei, ideo diligentius est inculcandum, quia Christus Ihs, qui iustificati sunt, tantum impendere periculi affirmat, ut dicat Satanam expulsum conari redire, stipatum alijs septē, & accedere aliquando, ut nouissima fiant prioribus peiora. Has insidias diaboli debent inculcare populo. Quia Euangelium reuelat & auctoritatem potestates tenebrarum, Ioannis 16.

B 4      Sp̄ritus

Spiritus sanctus arguet mundū de peccato, iustitia, & iudicio. De peccato, qd' non credat deo, quod non possunt à ratione iudicari. Ratio enim tantum extera peccata iudicat, ut furtū, cædē, ebrietatem, adulteriū, & huiusmodi. Sed spiritus sanctus etiam occulta & proprie tentia in corde arguit, ut contemptum Dei, uacare metu iudicij Dei, Deo diffidere, desperare de Dei benignitate & misericordia.

#### D E I V S T I C I A.

Mundus enim iudicat, iusticiam esse tantum externa opera, seu ciuilem observationem legis. Sed spiritus sanctus docet nos, nostra opera nō satisfacere deo, sed Christum satisfactionem & propitiationem esse. Itaq; fide iustificari.

#### D E I V D I C I O.

Quia mundus non iudicat Satanam nobis nocere, sed spiritus sanctus docet nos, potestatem Satanæ debilitatam esse a Christo, sed impīs eum dominari, & impellere ad omne genus flagitiū.

Et